



desiccatoria, tenuiumq; partium: sed & gustu subamarum est, & acre. Et clarum est, quod & digerat & urinam moveat. Fuerit autem in calfaciendo, desiccandoq; ex ordine tertio intenso. Planta quæ Græcè ἀμμή, Latine item Ammi vocatur: Arabicè Nanchach, Anazue, Nanachua seu Nanachue: Italicè Ammi, ut etiam Hispanicè: Germanicè Amey.

Ammi triplex habetur, majus, alterum semine apii, & tertium foliis foeniculi. I. Ammi semine apii, C. B. Ammi, Matth. Anguil. Lac. Cast. Cam. Lugd. Ammi majoribus & serratis foliis, Gef. hor. Ammi Creticum aromaticum, Lob. Ammum tertium Creticum, Tab. Cuminum sativum, Cæsalpini fortè. II. Ammi parvum foliis foeniculi, C. B. Ammi parvum, Dod. gal. Ammi verum, Gef. hor. Ammi per-
pusillum, Lob. & Lugd. Ammi alterum parvum, vel tenuifoliū minus. Dod. fol. Ammum primum Ale-
xandrinum, Tab. Ammi, Cæsal. Ammi simile Anguillaræ. Herba est exigua, ex radice parva aliquot cau-
liculos tenues brevesq; emittens: circa quos folia Nigellæ oblonga, tenuissima, capillorum instar disse-
cta & sensim magis attenuata: umbellas habet parvas, candidas, exiguis flosculis quadrifoliis, quibus
succedit semen minutissimum, acre & suave. Ex Alexandria Ægypti in Italiam allatum, nunc in hortis &
Italiae (apud quos & in Ilia provenit) & Germaniæ facile provenit, quod pro Sifone aliqui habent.

Κόριον, ἡ κορίαννον.

CORIANDRUM.

CAP. LVII.

Coriandrum, aut Corianum vulgaris est notitiæ: vim refrigeratoriam habens. Quare illitum cum pa-
ne, aut polenta, ignibus sacris, & ulceribus, quæ serpunt, medetur. Epinyctidas cum melle, vel uva
passa, testium inflammationes, carbunculosq; sanat: cum faba fresa, strumas, & tubercula discutit. Tine-
as interaneorum expellit semen, cum passo modicè potum, & genituram adauget: largiùs tamen sum-
ptum, mentem non sine periculo movet: quare continuo, & copiosiore usu abstinendum. Succus cum ce-
russa, spumæ argenti, nec non aceto, & rosaceo illitus, ardentes summæ cutis inflammationes emendat.

Coriandri
confide-
ratib.

Corian-
dri facult.
ex Galen.

Coriandrum omnibus notissimum, ex illo provenit caule, sesquicubitali longitudine, ramis numerosis, foliis infernè
Adiantho [Parthenio] proximis, sed quæ in caulibus habentur, & tenuiora sunt, & magis divisa: flores in caulium
summitatibus albicant, è quibus racematim semen oritur rotundum ac striatum. Totâ planta virens graviter spirat,
cimicum odore, at semen siccum, exuta graveolentia, odoratum evadit, & ad multa utile. Nasctur sponte in campis, &
inter segetes feriturq; in campis & hortis. Ceterum in Coriandri facultate indaganda aded Galeus productus est, ut
longum sermonem faceret contra Dioscoridum sententiam lib. 7. simplicium medicamentorum, ubi a scribit: Coriannon,
sive Corion, aut utcumque vocare lubet. Vetustiores Græci Coriannon nominant: at recentiores medici omnes Corion ap-
pellant, sicut & Dioscorides, refrigeratorem esse herbam dicit ans. sed perperam. Siquidem ex contrariis facultatibus
componitur, plurimum habens essentia amara, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam. Nec parum etiam
aqueæ humiditatis obtinet, quæ tepentis est facultatis: habet autem & adstrictionis paucillam. Ex quibus omnibus varit
quidem agit ea quæ scribit Dioscorides, & non tantum ex refrigeratione. Ceterum ego cuiusq; particulatim actionis cau-
sam enarrabo, tamen si propositum fuerat, mei unum duntaxat hoc in libro sententiam expromere. Sed fortè nihil obsta-
bit.

CORIANDRUM.



bit: imò si verum fatendum est, proderit nonnihil, superiores methodos, quæ ad hunc modum in paucis medicamentis sunt dicta, hic repetere. Primum ergo non Dioscorides tantum, sed & alii complures medicorum, indeterminatè de morbis pronuntiant, sicut sanè hac quoque tempestate non paucos invenias medicos vel insignes, præter alia hac in re maxime hallucinantes. Interdum enim atra, livida frigidaq; reddita parte, quæ erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente medicamenta, cœn antea, sed ea quæ infixum parti præter naturam humorem evacuent, n̄ tamen refrigerare perseverant. Aliquando autem ad digerentia quidem transeunt: ceterum erysipelas sanare dicunt. Et sanè scribunt, incipientibus etiamnum & crescentibus erysipelati, alia esse medicamenta, alia verò jam declinantibus ac stæcescentibus. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam vocari debet, posteaquam inflammatio ejus, & fervor, ac biliosum illud abierint: neque quæ facultate sunt frigida, neque quæ hujusmodi affectus sanant, remedio esse putandum est, sed velut si vel in initio protinus aut percussus, aut alia de causa quævis tumor in parte quæpiam aut lividus, aut niger extiterit, eum esse frigidum affectum existimabis & quæ digerant excalfactantq; medicamenta poscere. Ad eundem modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alia appellanda nomine: aut si displicet nominis mutatio, saltē sicut quidam alia scribunt principii, alia declinationis remedia, haud frigida esse autumantes declinationis remedia, concedendum sanè est, si cui ita placet, ut talis affectio etiam erysipelas vocetur: sed eam etiam calidam dicere, ubi jam refrigerata est, id verò neutiquam concedendum. Itaque ne quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse credamus, sicut Dioscorides Coriandrum, quod ut ipse inquit cum pane, aut polenta illi-

tum, erysipelas curet. Nam quod exquisitum est erysipelas, quod utique inflammatum est, & flavum, haud unquam sanare poterit cum pane Coriandrum, sed illud quod jam refrigeratum est. Proinde nos superioribus voluminibus cum determinata ac definita experientia, cujusque medicamenti facultatem explorandam censuimus, quam maxime fieri posset, simplicissimum eligi affectum consulimus. At plerique medici neque quod vel plurimi morborum protinus ab initio compositi invadant, norunt, neq; quod alius affectus sit erysipelas exactum, alius verò is, qui vocatur ab omnibus nobis usitatè, ut à veteribus quoque, phlegmone: alii autem inter hos medii plurimi, partim, ut sic dicam, erysipelata phlegmonode, partim phlegmona erysipelata odes. Ac invenias nonnunquam ubi neutrum vincat, sed ad unguem paria sint. Quin etiam nonnunquam ædematodes esse erysipelas conspicitur, sicut aliud schirrholes, ut compositorum morborum non parvus acervetur numerus. De quibus copiosius, cum alibi differuimus, tum in libris de curandi ratione. Dicitur autem & nunc quoad

40 saltē eorum meminisse necesse est, quod exactum erysipelas haud unquam ab antè dicto cataplasmate curari possit. Voco autem exactum, cum a biliosa fluxione pars impleta fuerit. Porro quod longè à refrigeratione absit Coriandrum, vel ex his, quæ ipse scribit Dioscorides discere licet. Nam strumas, inquit, cum lomento dissolvit. Quod verò nullum refrigerantium medicamentorum idoneum sit dissolvendis strumis, vel ipsum Dioscoridem non dubitaturum arbitror: quippe qui sexcenta scripserit medicamenta strumas sanare potentia, quæ omnia tum temperie calida, tum actionibus digerentia esse confessus est. Hactenus Galenus à Dioscoride in Coriandri facultate dissentiens. Porro verò hac in re Galeno maxime refragatur Avicenna, qui in ipsum aperte invehitur lib. 2. cap. 144. sic inquit: Scripsit Galenus Coriandrum esse compositum ex diversis facultatibus, etsi terrea facultas in eo ceteris excellat simul cum aquea quadam tepida, & adstrictoria pauca. Verum, ut ego conjicio, aqueitas, quæ in ipso reperitur, absq; dubio frigida non quidem tepida existit: nisi ei forsā admisceatur aliquid excalfacientis substantia, quæ sui tenuitate velociter in auram evanescat. Quapropter dixit Hu-

Coriandri facultas ex Avicenna.

50 naym, removel Galenus frigiditatem à Coriandro & Dioscoridi repugnat. At ego quidem aliter sentio, cum frigida eius substantia meminerint Archigenes, Rufus & aliorum posteriorum nonnulli. Frigidum igitur est Coriandrum natura in fine primi, & usq; ad principium secundi, & sicum in secundo: quanquam sententia mea, & sicum est, & ad caliditatem aliquo modo vergit. Sed Galenus ipse sentit, Coriandrum esse ex omni parte calidum. Id quod fortasse evenisse putandum ex ea caliditatis particula, quæ dum bibitur, aut comeditur, ab ipso disperditur. Aliter nec necessarium foret, si homines sua frigiditate inueneret, ut in multa exhiberetur quantitate. Illud præterea subdidit Galenus, si Coriandrum strumas dissolvit, quoniam igitur pacto frigidum erit? Cui facile responderi potest, id agere Coriandrum sua quadam occulta facultate, ac forma: aut quod reperitur in eo aliqua tenuis facultas, quæ in profundum penetrare possit frigida substantia exterius relicta, sed cum bibitur caliditas illa resolvitur: quo fit, ut sola frigida remaneat. & in corporibus agat. Hæc Avicenna in Coriandro Galeni dicta refellens. Quæ etsi aliquid in serationis, ac veritatis habere videantur, tamen cum omnibus compertum putem, Galeno neminem adhuc parem existisse, qui diligentius stirpium tum naturas tum facultates investigaverit, partim saporis gustu partim odoris olfactu, partim substantia, & coloribus, partim deniq; ex longa experientia profundissima philosophia conjuncta, operæ peritum esse ejus potius acquiescere sententia, quam reliquorum omnium. Veruntamen Brasavolus in hoc maluit fortasse cum Avicenna errare, quam cum Galeno recte sentire. Qui præterea cum nesciverit, Coriandrum in Herruria passim in pratis, & campestribus sua sponte nasci, asserit in suo simplicium volumine, sativum tantum reperiri Coriandrum. Ceterum quod hoc in capite Dioscorides auctor sit, Coriandrum sumptum mentem non sine periculo commovere, quodq; alii tum ex Grecis, tum ex Mauritanis memoria prodiderint, ejusdē succū potum, interimere, ideo factum est, ut multi, quorum ego sententiam antehac secutus sum, coriandri usum prorsus damnaverint. Sed id nunc certè mihi videtur injustè factum. Siquidē Coriandrum mentē non commovet, nisi largius

Brasavoli error. Coriandri feminis usus.

& im-

& immoderatè sumatur. Quid quæso mirum erit de coriandro copiosius sumpto si vinum etiam, cuius tamen est usus quotidianus, liberalius epotum, dolores, morbos graves, strangulatus, & moriem deniq, inferat? quod si moderatè bibatur, præter alias utilitates, quas humano corpori præbet, ventriculum roborat, concoctiones adjuvat, excrementosa pellit, cor exhilarat, intellectum acuit, spiritus claros reddit & vivificat. Quare non equidem video quid obftet, quò minus simili ratione credamus, tantum abesse, ut Coriandri semen noceat, ut etiam maxime prosit, si tamen parce & modicè sumatur. Quippe ab ejus usu moderato non abhoruisse Galenum puto: nam lib. 8. cap. 4. de compositione medicamentorum secundum locos, ex Archigene refert, nulli acido affectu coriandrum cochleari mensura exhibendum esse. Galeno autem apertissime adstipulatur è recentioribus Græcis Symeon Sethi ut pote qui in coriandri mentione scribat, id stomacho bonum esse, & eundem corroborare: cibum in ventriculo retinere, donec probe concoquatur. Quæ auctorem hunc de temperato coriandri usu tradidisse, nulli dubium est. Ex his igitur facile colligamus licet, quòd non sit admittenda sed potius exploranda illorum recentiorum opinio, qui Coriandri usum omnium fugiendum esse censent: nos enim jam non omnem ejus usum, sed immoderatum tantum vitandum esse existimamus. Semen tritum & recentibus carnibus aspersum prohibet ne putrescant tam citò quàm solent, æstatis tempore. Ex aqua autem potum colicacos juvat, & alvi fluxiones cohibet. Attamen semen in ciborum aut medicamentorum usum nunquam admitti debet, nisi prius triduo aceto fuerit maceratum. Id Græcis κόριανδρον & κόριανδρον appellatur: Latinis Coriandrum: Mauritanis, Rusbor, Rasbera, Kuzibara: Itali Coriandro: Germanis Coriander und Eoliander: Hispanis Culantro & Ciliandro. Gallis Coriandre.

Sethi de
Corian-
dro.

Nomina.

Coriandrum dictum aliqui putant, quòd folia ejus & caules cimices redoleant: est majus vulgatum, est minus testiculatum, est & sylvestre, in Hispania nuper repertum, licet Plinius lib. 20. c. 20. inter sylvestria non inveniri scribat, attamen Nicandri scholiastes duo genera proposuit, alterum sativum, alterum sylvestre. Coriandrum majus, C. B. Coriandrum ab omnibus herbariis appellatur, cuius in calidioribus regionibus semina majora sunt, & in viridariis Alexandriae ubique provenit & Cusbara nominant.

Rep. dicitur.

HIERACIUM.

CAP. LXIII.

a Meum
virescent
i. tubera-
vum.

Hieracium magnum caulem emittit asperum, subrubrum spinosum, & cavum: folia ex intervallis rariuscule divisa, similia, soncho per ambitum: luteos flores, in oblongis capitulis. Vim refrigerandi habet, & modicè substringendi: unde illitum, stomacho æstuanti, inflammationibusq; prodest. Succus erosionem stomachi forbitione mitigat. Herba cum radice illita, vibratis à scorpione ictibus auxiliatur. Hieracium parvum, folia ex intervallis habet, divisa in ambitu: cauliculos teneros virentes: in quibus lutei flores orbem circinantes, emicant. Vim suam ad ea, ad quæ superior impendit.

I. HIERACIUM MAJUS.

II. HIERACIUM MINUS.



Hieracii
confider,
& vires
ei Galen.

Hieracium minus frequentissimum ubiq, in Italia, in campestribus & collibus incultis locis, & aliquando inter segetes nascitur, Soncho aut sylvestri lactuca non admodum dissimile. Minus autem ciborum ferè refert, sed asperiora ei folia sunt, cauliculi tenuiores virentes, subasperi: in quorum cacumine flores utriusq, auri, cichoreæ figura qui tandem papaveri effecti in auram evolvant. Majus radice nititur unica, recta, lactuca, aut sonchi modo. Minus vero multiplex tenuisq; utriusq;

utrique succu lactem, sapore amaro acrig, cum caulescunt. Horum autem non reperio Galenum mentionem fecisse, nec etiam Paulum, in libro de simp. medicamen. facultatibus. Meminit tamen eorum Plinius lib. 20. cap. 7. inter lactucarum agrestium genera, sic inquit: Sunt qui herbam Hieraticam vocant, quoniam accipitres scalpendo eam, succoq, oculis tingendo, obscuritatem cum sensere, discutiant. Succus omnibus candidus, viribus quoq, papaveri similis. Carpitur per menses iuciso caule. Conditur in fictili novo ad multa praeclarus. Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum. Arcet nubecula, cicatrices, adustionesq, omnes precipue caligines. Imponitur etiam oculis cum lana contra epiphoras. Idem succus alvum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentiū ictibus medetur in vino potus. Et solia iosta, hirsig, triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra scorpionum ictus. Verum contra phalangia commisto vino ex aceto. Alii quoq, venenis resistunt, exceptis qua strangulando necant, aut iis qua vesica nocent, item psimythio excepto. Inponuntur & ventri ex melle, atq, aceto ad detrahenda vitia alvi. Urinae difficultates succu emendat. Crateras eum & hydropicis obolis duobus in aceto, & cyatho vini dare iubet. Peculiares earum vires partim iam dicta sunt, somnum faciendi veneremq, inhibendi, astum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi. Nunc non pauca restant, quoniam inflationes discutunt, rictus lenes faciunt, concoctiones adjuvant: cruditate ipsa nequaquam faciunt. Nec ulla res in cibis aviditate incitat, inhibetq, eadem in causa alter utriusq, modus est: Sic & alvum copiosiores solvunt, modica sistunt, lentitiam pituita digerunt, atq, ut aliqui tradiderunt, sensus purgant. Stomachi dissoluti utilissimè adjuvantur, in eo usu, & oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes. Si crassior pituita sit, scillite, aut vino absinthite: si & tussis sentiat, hyssopite admisto. Dantur celiacis cum intubo erratico, & ad duritiam praecordiorum. Dantur & melancholicis candida copiosiores, & ad vesica vitia. Praxagoras & dysentericis dedit. Ambustus quoque profunt recentibus priusquam pustula fiant cum sale illita. Ulcera etiam qua serpunt, coercent initio, cum aphronitro: mox in vino trita igni sacro illinuntur. Convulsa & luxata caulibus tritis, cum polenta ex aqua frigida leniunt: eruptiones popularum ex vino, & polenta. In cholera quoque coctas parellis dederunt: ad quod utilissima, quam maxime caule, sed amara. Quidam lacte infundunt. Deservesalti u caules & stomacho utilissimi traduntur. Has omnes Plinius tam Hieracis, quam sylvestribus lactuci vires contribuit. Quod Graci ἱεράκιον, Latini similiter Hieracium vocant: Itali Hieracio. Nomina.

* III. HIERACIUM SILIQUA
falcata. *



Hieracium magnum & parvum proposuit Dioscorides, adjecimus & falcatum, cum apud Italos frequens sit, licet viginti duas Hieracii differentias in Phytopince proposuerimus, plures tamen in historia nostra universali exhibituri. I. Hieracium majus, Matth. Fuch. Dod. gal. Lac. Lob. Cast. Tab. Hieracium magnum, Cæsalp. Hieracium minus Dalechampi, Lugd. Taraxacon majus, Lonicero. II. Hieracium minus, Matth. Trag. Fuch. Lac. Gef. hor. Tab. cui & Lactuca leporina. Hieracium minus alterum, Dod. gal. Hieracium minus præmorsa radice, Lob. Hieracium quartum, Dod. fol. Hieracium quintum eadem. Morsus Diaboli 3. Trag. Lagopus eadem. Picris Dalechampi, Lugd. Apargia Dalechampi, eadem. Sonchus Lonicero. III. Hieracium filiqua falcata, C. B. Hieracium Narbonense falcata filiqua, Lob. obs. & Lugd. Hieracium Monspeliacum & Narbonense, Tab. an Ragadiolus alter, Cæsalp. Ex radice tenui fibrosa caules plures exurgunt, striati, ad radicem nonnihil asperi in multos cauliculos divisi, foliis oblongis parum laciniatis, hirsutie levi asperis: floribus luteis Lampsanæ similibus: quibus succedunt filiquæ falcatæ calendulæ forma, sæpius octo, in morem pediculaudæ, aut alicujus stellæ dispositæ, quibus semen includitur. Hoc in Agro Patavino prope Arque, ubi Petrarca sepultus, primum legimus, dein in Monspeliensi agro inter segetes, & ad margines agrorum Boutonetto finitimis copiosè vidimus.

Σέλιον. AΡΙΥΜ. CAP. LXIV.

Hortensis apii herba ad eadem, ad quæ coriandrum convenit. Inflammationibus oculorum

60 cum pane, aut *a* polenta illinitur: æstuantem stomachum mulcet: mammarum *b* duritiam ex lacte cōcre-
to contractam reprimat. Urinam ciet, siue crudum, siue coctum edatur. Decoctum ejus radiceq; potum,
venenorum noxæ resistit, cum vomitiones excitet: alvum cohibet. Semen vehementius urinam pellit:
cōtra serpentium venena, aut epotam argenti spumam auxiliatur: inflationes discutit. Admiscetur me-
dicamentis, quæ dolorum levamenta præstant, theriacis quoq; ac tussi remediis. Eleoselinum in *c* hu-
midis nascitur, sativo *d* grandius, & ad eadem efficax. Oreoselinum caule est dodrantē alto, ab radice te-
nui exeunte: per cujus ambitum rami, & capitula cicutæ, multò tamen tenuiora: semine cumini oblon-
go, acri & odorato, tenui. Nascitur in petrosis & montibus. Urinā ciet, semine ac radice in vino potis: mē-
ses trahit, antidotis, nec nō medicamētis urinā cientibus, & ex calfactoriis inferitur. Nec hallucinari nos
oportet existimātes oreoselinū esse, quod in *f*axis provenit: aliud enim est petroselinū. Petroselinū in *g* Ma-
cedonia

a Meum
 παρμή-
 λης ἀλφί-
 ται i cū
 polentae
 poline.
 b Meum
 μενός
 χειρῶν-
 τας. i.
 mammae
 grumescē-
 tes.
 c ἰσθ-
 δρος. i.
 quodis.
 d Orib.
 add. ἐλ-
 γη i pax-
 a iō.

* Cat. in
vitis, p. 105.
i. stoma-
cho gra-
ta.

donia provenit, in præruptis locis, semine ammii odoratiore, sapore acri, aroma olente. Urinam ciet, ac menstrua: contra stomachi, & coli inflationes, & tormina prodest. Laterum, renum, & vesicæ doloribus in potu subvenit. Admiscetur Antidotis urinam cientibus. Hippofelinum Latini olusatrum appellant, aliqui Smyrnion, quamvis aliud sit, quod propriè Smyrnion dicitur, ut paulò post referemus. Est autem majus, & sativo apio candidius: caule alto, cavo, molli, habente veluti lineas: foliis satioribus in puniceum vergentibus: coma roris marini, florum plena: dependentibus in cacumine corymbis antequàm deflorescat. Ea semine turgit nigro, oblongo, acri, solido, aromatico. Radix dimittitur tenuis, odorata, candida, & quæ os commendat. In umbrosis, & palustribus nascitur: olerum generis, ut apium. Radix cruda, costavè estur. Folia cum caulibus decocta manduntur, & per se aut cum piscibus præparantur, crudaq; muria condiuntur. Vim hanc habet, ut potò semine ex mulso vino menses cieat: algentes calfacit potu, aut illitu: urinæ stillicidio auxiliantur. Radix eisdem præstat effectus.

10

I. APIUM HORTENSE.

* II. APIUM CRISPUM. *



20

30

40

Apii hor-
teosis
confid.

Plut ant dubio procul omnes ferè ætatis nostra medici, iij, præsertim, qui diu versati sunt in simplicium medicamento-
rum inquisitione, quicq; multum laboris ac studii impenderunt, ut hanc medicina partem penè abolitam restituerent,
nil aliud apud antiquos sativum fuisse apium, quàm vulgare nostrum Petroselinum, hodie hortis omnibus frequentissi-
mum. Exit foliis Coriandri amulis, compluribus ex uno ramulo prodeuntibus, per ambitum frequenter laciniatis, sed qua
in caule sunt mutata forma, longa angustaq; spectantur. Flores habet exiguo candicantes, & semen Aniso simile. Ra-
dice nititur digitali, dodrantali longitudine, albicante, dura intus matrice raro divaricata, quæ carnum juribus passim
incoquitur. Folia concisa, & cum vino & oleo de scorpionibus in patella servasacra, pubiq; calida admoda, remoran-
tem urinam ciet. Quorum equidem sententiam nunquam ausim improbare, cum nostrum hoc notis omnibus sit prædi-
tum, quibus constare Apium veteres tradidere. Plinius siquidem lib. 20. cap. 11. naturalis historia ita scribit: Apio gra-
tia vulgò est: namq; rami largis portionibus per jura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent. Hoc etiam
num confirmare videtur Galenus lib. 2. de alimentorum facultatibus, cum inquit: Apium inter cetera familiarissimum
est, & ori stomachoq; gratissimum. Quæ sanè omnia in vulgari nostro Petroselino cernuntur: quippe quod nobis omnium
olerum familiarissimum in ciborum condimentis perpetuò habeatur. Ceterum quamvis id varios nostrarum mensurarum
tribos frequentissimè commendat. scripsere tamen tum Chrysippus, tum etiam Dionysius (ut Plinius auctor est) Apium ad
cibos non admittendum, imò omnino nefas, nam id defunctorum epulis feralibus dicatum. Ipsius quoq; visu claritati ini-
micum. Caule semine vermiculos gigni: ideòq; eos, qui ederint, sterile scire mares, feminasq;. In puerperii verò ab eo cibo
comitiales fieri, qui ubera hauriunt: innocentiores tamen esse marem. Eaq; causa est, ne inter nefastos fructus damnetur:
hec Plinius. Quare mirum non fuerit, si recentiores quoq; Apio comitalibus interdixerunt. Cum igitur his tum rationibus,
tum auctoritatibus, notis præterea suffragantibus, constet vulgare Petroselinum legitimum esse apium, putandum quidem
fuerit, quin potius affirmandum, id quod officinis omnibus sativi Apii vicem explet, nil aliud esse, quàm Paludapium, sive
Apium palustre, Eleoselinum Dioscoridi vocatum. Quandoquidem hoc in humentibus, palustribus, & uliginosis locis
nascitur, feritur quoq; in hortis. Folia gerit hortensis majora solidioraq; caulem quoq; vegetiorem, odore etiam acutiore,
gratiorevè: & qui caput feriat. Radice tamen floribus & semine ferè similibus, caule & foliis sativo majoribus, variori-
busq;

50

60

Plinius
de Apio.

Eleoseli-
ni confi-
deratio.

busq. eaq. propter Theophrastus lib. 7. cap. 6. de plantarum historia, de eo differit his verbis: Paludapium, quod apud aqua ductus, & in paludibus provenit, folio raro, nec hirsuto consistit, sed simile quodammodo Apio est odore, sapore, figuraq. Hoc Columella lib. 11. cap. 3. de re Rustica non aquaticum apium, sed apium simpliciter appellatur: ubi sic legitur. Apium

IV. APIUM PALUSTRE.



Apium quoq. plantis ferere, nec minus semine, sed precipue aqua latatur, & ideo secundum fontem commodissime ponitur, quod si quis id velit latifolium facere, quantum seminis possint tres digiti comprehendere, raro linteolo inliget, & ita in areolas dispositum religet: vel si crispia frondis, semen ejus inditum pila, & saligno palo pinsitum expoliatumq. similiter in linteolis ligatum obruet. Potest etiam circa hanc operam fieri crispum, si cum est natum incrementum ejus supervoluto cylindro coercetur, hac ille. A quo nonnulli hortorum cultores edocui, aquaticum apium crispum hoc quoq. tempore faciunt, habentq. spectaculi gratia in hortis. Caterum Ruellio haud mihi subscribendum est, quippe qui plantam nobis Italici Macerone vulgo appellatam, Paludapium esse putat. Quippe (ut paulo post, atq. etiam in proxima Smirni commentatione dicitur) non parva sane inter vocatum Macerone, Eleoselinum, & Hipposelinum intercedit differentia. Apii porro in montibus nascentur, quod ideoq. Gracu Oreoselinum dicitur, nulla a Dioscoride redidit foliorum delineatio, nisi in eo scriptura fuerit depravata, ut ferre suspicor. Verum Theophrastus, & Plinius Oreoselinum descripserunt foliis cicutae, radice tenui, & semine unius, alter vero caule anethi, minutiore tamen. Unde factum est, ut nonnulli crediderint Theophrastum hoc in loco depravatum esse, & quod ubi in Graecis codicibus legitur *η ρα πρδα ης νεωρεης ειναι*, id est, folia habet cicutae similia, legendum sit, *η ρα πρδα ης νεωρεης ειναι*, hoc est, capitula habet papaveri similia. In quam opinionem hos facile potuit adduxisse vulgata Graeca Dioscoridis lectio, in qua nimirum capitulorum papaveris, non autem foliorum cicutae mentio est. Verum tamen ego potius (ut modo dixi) Dioscoridis lectionem vitiatam putaverim, quam Theophrasti, licet contra senserit Hermolaus. Nam praeterquam quod Theophrasto subscribat Plinius, est Oribasii codex, in quo non *νεωρεης* sed *νεωρεης* legitur. Praeterea ipse saepenumero vidi Apium in montibus nascentem, quod a Theophrasti & Plinii pictura nullis prorsus notis disidet. Provenit enim foliis cicutae, radice tenui, & semine in umbella anethi modo: quae omnia Apii generi maxime adstipulantur. Illud insuper addiderim, quod Apii longe magis proprium est foliis consurgere cicutae modo per ambitum laciniatis, semine in umbella anethi instar, quam capitulis papaveri similibus incluso. **MACE-**

V. PETROSELINUM MACEDONICUM.



RONICVM autem **PETROSELINVM**, etsi antehac in Italia haud cognitum fuit, factum est tamen quorundam diligentia, ut petro & Macedonio semine, jam quibusdam nostris habeatur in hortis. Hujus copiam primum mihi fecit Jacob. Antonius Cortusius Patritius Patavinus, cujus liberalitate complurescum peregrinas, tum raras sum consequutus plantas. Exit itaq. Macedonicum petroselinum, foliis vulgari, sive aquatice apio similibus, sed minoribus, caule crasso, ramoso, frequentibus alarum cavitatibus, floribus albis, semine hortensi petroselino [ammi] haud ab simile, odorato, sapore acri & amarescente, aroma olente. Quamobrem aberrant toto celo, qui vulgare nostrum petroselinum, nihil a Macedonio differre contendunt, suatantum auctoritate, ne dicam temeritate nixi. Quod verò Hipposelinum vocatur, si quod **LEVISTICVM** vulgo vocant, non est, plantam sane non habeo, quae legitimum referat. Si enim foliorum, caulium, ramorum ceterarumq. partium magnitudinem, proceritatemq. respicimus, etsi Dioscoridi Hipposelinum legitimum non sit, quod coma, & semine illi non respondeat, cum tamen ceteris selinis grandius sit, & tota facie simile, nemo nobis succensere debet, si hanc plantam Hipposelinum appellavimus. Caulibus exit crassis, bicubitalibus fruticosisq. ramis multis, multisq. alarum cavitatibus, foliis palustris apii, sed longe majoribus, muscarii in cacumine grandioribus, albis refertis floribus, semine oblongo saeniculi majore, tota planta graviter olet. Seritur in hortis. Excalfacit & siccatur ordine tertio, quo sit ut aperire, incidere, digerere & provocare valenter possit: perinde ac cetera selinorum genera. Ea omnia

Bbb

prastare

VI. LEVISTICUM VULGARE.

Libano-
ris fructi-
fera The-
oph. Mar-
celli, &
Brasav.
lapis.

Fuch.
er-
ror Levi-
sticum
Smyrniū
cen-
sa.



Api-ge-
necum
vires ex
Gal.

Nomina.

axerit. Idem prater ea errasse deprehenditur in libro de compositione medicamentorum, quem nuper actum edidit. Nam
et si primum recte scribat, illud quo officina hodie pro apio hortenſi utuntur, non eſſe niſi eleoſelinum, id eſt apium paluſtre,
tamen poſtea perperam (meo quidem iudicio) ſcriptum adidit, petroſelini ſemen ſeplaſus apii ſemen vocari, atq; in eius
locum uſurpari. Etenim Eleoſelini ſemine, non petroſelini, apii ſemini loco utuntur omnes ſere pharmacopae, idq; etiam
apii ſemen nuncupant. Apii meminit Galenus lib. 8. ſimplicium medicamentorum, ſic inquit: Apium uſq; adeo cali-
dum eſt, ut & urinas & menſes cieat. Flatus quoq; diſcutit, & magis ſemen, quam herba ipſa. Sed & oreoſelini & hippoſe-
lini ſimilis vi eſt. verum hippoſelinon imbecillius eſt, oreoſelinum valentius. Eodem quoq; libro ſuperius tamen, de Petroſe-
lino diſſeruit his verbis: Petroſelini ſemen maxime uſui eſt, cum tota etiam herba una cum radice ſimilem, ſed imbecillio-
rem facultatem ſortiat. Eſt autem ut guſtu acri cum amaritudine, ſic & in operibus calidum, una cum incidendi effi-
cacia. Hinc menſes, & urinas largè provocat: flatus quoq; diſcutit. Fuerit itaq; & ipſum tertii ordinis tum excaſſacientium,
tum deſiccantium. Sed de Petroſelino Macedonico ſuſius diſſerens libro primo de antidotis, ita ſcribit: Quod ad Petroſeli-
num attinet, laudatiſſimum Macedonicum eſt omnibus cognitum: quod Eſtreaticum etiam quidam appellant, à loco in
quo naſcitur, nomen imponentes. Verum exiguum eſt proſus, quod ibi provenit, cum & præruptus, & anguſtiſſus locus
ſit. Eſtreaticum itaq; Macedonicum hoc, quod à Macedonibus in omnes gentes aſſertur, paucum & ipſum in Macedonum
terra gignitur. Sed idem in petroſelino Macedonico accidit, quod in Attico melle, & vino Falerno contingit. Mercatores
ſiquidem in omnem ſemine orbem terrarum, ut mel Atticum, vinum Falernum, ſic Petroſelinum Macedonicum advehunt,
cum tamen in Macedonia petroſelini tantum non oriatur, quantum gentibus omnibus ſatis eſſe queat. Verum in Epiro
petroſelinum plurimum gignitur, quemadmodum in Cycladibus inſulis mel: atq; ut mel ex inſulis Athenas aſſertur: ſic
petroſelinum ex Epiro prius in Macedoniam comportatur, plurimumq; & prope totum in Theſſalonicam: inde verò tan-
quam Macedonicum exportatur. Idem in vino Falerno contingit: nam cum in exiguo quodam Italia agro Falernum pro-
veniat, complura alia vina in Falerni ſpeciem à vini magiſtri concinnantur, quæ perinde atq; Falernina, in omnes
provincias Romano imperio ſubjectas importantur. Tibi verò ſi petroſelinum Eſtreaticum quandoq; deerit, ne pejorem
exiſtmes theriacam futuram, ſi alium impoſueris. Non enim ſi moriſerum venenis, ſi venenatorum morſibus aliud ab
Eſtreatico petroſelinum minus congruit, propterea reliquis etiam morbis, ut torminibus, ventriculo debili, aqua inter-
cutem, & id genus aliis, ſegnis opitulatur, quos in primis ſanare theriaca non promittit. Adhuc Eſtreaticum petroſelinum
theriacam planè amariorem facit, præſentim cum recens adhuc imponitur: Diſſert enim ab alio petroſelino, quod ut acer-
rimum, ita quoq; amariffimum eſt. *Ἐλεοσέλιον* id Græci, quod Latini Apium hortenſe, nominant: Mauritan. Charſi,
Charſi ſeu Chares: Itali, Apio domeſtico, & Petroſello & Petroſemolo: Germani Petarſilicū & Peterſcin: Hiſpani Pe-
rexil: Galli Perſil de jardin. Id verò *Ἱπποσέλιον* Græci dicunt, quod Latini Apium paluſtre, & Paludapium: Mauritan,
Aſilū: Itali Apio paluſtre, Apio aquatico: Germani Eppſich und Eppich: Hiſpani Perexil daga. & Apio: Galli Perſil
de eau. Quod autem *Ἰπποσέλιον* Græci, Apium montanum Latini vocant: Mauritan, Aſraſelinum: Itali Apio montano:
Hiſpani Perexil monteſino: Galli, Perſil des montaignes. *Περοσέλιον* deinde id Græci dicitur, quod item Latinis Petro-
ſelinum, & Italis Petroſelino. Poſtremo *Ἰπποσέλιον* id Græce vocatur, quod etiam Latinè Hippoſelinum: Arabicè, Salū:
Italicè Hippoſelino: Germanicè Liebſtöckel: Gallicè Ache & Ache large.
I. Apium hortenſe ſeu Petroſelinum vulgi, C.B. Petroſelinum, Brunf. (cui & Apium hortulanum)
Trag. Cor. in Dioſ. Petroſelinum ſylveſtre ſive apium montanum, Fuch. in ic. Oreoſelinum, eidem in fol.
Petroſelinum vulgare, Anguil. Lon. Apium hortenſe, Matt. Lac. Dod. gal. & fol. Lob. Caſt. Lug. Apium
commune vel mas Plinii, Gef. hor. Apium domeſticum, Caſt. Apium fativum, Tab. II. Apiū Crispum, quod
à ſuperiore

* III. APIUM HORTENSE
maximum. *



in fol. Lac. Hippofelinum Marth. Lugd. Levistici loco habita herba Anguillaræ.

Σμύρνη.

SMYRNIUM.

CAP. LXV.

SMYrnion, quod in Cilicia petroselinum vocant, plurimum in Amano monte gignitur. Caulem habet
 Sapii & stolonum multos: folia latiora, subpinguia, ad terram infracta, robusta & odore medicato, cum
 quadam acrimonia jucunda, colore in luteum languescente: capitibus caulium orbiculatis ut anethi:
 semine brassicæ, rotundo, nigro, acri myrti hæ sapore, ita ut alterum alterius loco cedat. Radix quoque
 odorata, gustu acri, fauces mordet, & succosa, mollis. Cortex ejus foris niger, intus viridis aut subalbi-
 dus. Nascitur in saxosis, & collibus, & atq; squalidis, & limitibus terrenis. Vis radicis, herbæ, & seminis
 excalcifacere. Foliiis muria maceratis ad obsonia utuntur: alvum sistunt. Radicem contra serpentium ictus
 bibere convenit: tussis, & orthopnoeas mitigat: urinæ difficultati medetur. Illita recentes tumores, col-
 lectiones, duritiasq; discutit, vulnera ad cicatricem perducit: partus abortu vitiat, si servecta subjici-
 tur. Semen lienis, renum, & vesicæ vitiiis prodest: menses, & secundas pellit: commodè datur ischiadicis
 in vino: inflationes stomachi lenit: sudores ciet, & ructus. Peculiariter datur hydropicis in potu, & con-
 tra febrium circuitus.

50 **S**myrnia singula nota, quæ illi à Dioscoride tribuuntur, recte diligenterq; expendantur, facile quidem perspicui poterit. Smyrnia
confide-
ratio.
Smyrnia ei herba simillimum esse, quæ a nostris in Hetruria vulgò vocatur Macerone. Siquidem hanc nasci clarum est. caule apii. stolonibus multis referto: foliis latioribus, subpinguibus, robustis, ad terram versis, odore medicato, cum quadam acrimonia jucundis, colore in luteum languescente. Præterea in caulis cacuminibus umbellam gerit anethi modo: semine brassica majore, oblongo tamen, nigro, acri, odore myrrham referente. Radice deniq; nititur odorata, acri, fauces mordente, succosa, ac molli, quæ exteriori cortice nigricat, interiore verò parte ex albo virescit. Quas quidem notas ferè omnes constat Smyrnia Dioscoridem reddidisse. Verùm quispiam, cui fortè hæc nostra sententia minus ardeat, obtrudet nobis semem, ut quod Macerone nostrum non insit rotundum, brassica modo. Huic illud responsum volumus, quòd cum cetera in univèrsum notæ illi respondeant, facile in seminis delineatione mendum subesse potest. Vel quòd non in rotunditate, sed in alio uni cum altero semine intercedat similitudo. Porro quævis memoria non prodiderit Dioscorides, quòd Smyrnia feratur in hortis, in quibus hodie nostrum illud feritur, sed quòd sponte in Amano Cilicia monte gignatur, tum etiam in collibus incoltris, ac saxosis locis, Plinii tamen ætate passim in hortis serebatur. Id quòd ipse Plinius manifestè demonstrat libro 19. cap. ultimo, ubi Smyrnia inter hortensia referens, inquit: Et Smyrnia olus isdem locis feritur, myrrhamq; radice respicit. Idem quoq; testatur Galenus, quòd ipsum inter olera connumeret lib. 2. de alim. facultatibus, & de eo scribat in hunc modum: Smyrnia non est insuave: ideoq; Roma plurimum venit. Multò autem acrius est & calidius, quàm apium: quin & odorati quidpiam habet. Quapropter efficaciùs urinam ciet, quàm apium, hipposelinum, & sion: & mulieribus menses movet. Veris tempore caulem producit, qui crudus edendo est, haud aliter quàm folia, quæ sola per hyemem inerant planta, nondum caulem habenti, sicut neq; tum apium habet. Postea verò caule accedente, tota planta jucundior redditur, sive quis crudam ipsam, sive coctam mandat, sive ex oleo, & garb, sive vinum, sive acetum velit adicere. Nonnulli cum aceto, & gavo tantùm edunt, veluti apium: alii vero paulum olei iis adjiciunt: hæc Galenus. Ex cuius jand verbis liquidò apparet, Smyrnia veteribus etiam inter olera fuisse receptum. Galeno nimium adspiciantur ea, quæ

Plinii
Smyrnia;
Galenus.

Ruell.
opinio
impro-
banda.
Smyrni
Cretici
historia.

qua de Smyrnio mihi retulerunt Siculi: namq. ii affirmant, plantam Macronem appellatam passim coli in suis hortis, atq. eam veris tempore (ut etiam Galenus perhibet) caulem tenerimum emittere, qui non solum edendo sit, sed gratiam quoq. ineat cum ore, praesertim si cum sale & pipere cinara modo comedatur. His itaq. sortasse, vel etiam validioribus rationibus adductus Manardus Ferrariensis, vir quidem ingenio & doctrina celebris, Smyrnum esse nostrum dictum Macronem, constanter asseruit. Quo fit ut minus dubitem, Ruellii opinionem improbandam esse, quod suspicetur (ut proxima commentatione diximus) Macronem esse paludarium: Smyrnum verò eam esse stirpem certò putet, quā in Gallia vocant vulgò *Lerechia*. Est & alia planta, quam in *CRETAE SMYRNIVM* vocari dicunt. Fert haec folia nostrate Smyrnio

I. SMYRNIUM.

II. SMYRNIUM CRETICUM.



Smyrni
vires ex
Gal.

Quorun-
dam hal-
lucinatio

Impera-
torie
plantæ
descrip-
tio, & vi-
res.

erassiora, quia ab uno pediculo dependentia, & per ambitum serrata, quin etiam in altera parte ab exortu mutila. Longè autem diversa spectantur, quæ in caule sunt. Ea enim rotunda spectantur, & caule & ramis, in quibus nascuntur, perfolia-
ta vocata modo transfiguntur, nullis ab ambitu denticulis. Caulem edit firmum, striatum, & subter folia geniculatum,
è quo in latere, ubi folia perforantur, ramuli exeunt è singulo foliorum sinu, strii in longam protensis. Umbellam in
caulium ramorumq. summitatibus gerit racematim dissectam floribus albis, antibus, semine haud brassica simili, sed rotun-
do, anguloso, & in acutum desinente. Colore ex flavo nigricante. Sapore acuto & amarissimo, pediculis longis striatisq.
Radice recentem videre non licuit, sed qui plantam miserunt, eam Smyrnio nostro ferè similem faciunt, non modo facie,
sed etiam sapore, odore ac viribus. Nascitur in Creta insula, & fertur nunc in Italia. Verum enimvero (quantum ego judi-
care possum) Smyrnum nostrum magis admodum ad Smyrni historiam accedit, quæ à Dioscoride describitur. Smyrni tum
historiam tum facultates descripsit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Smyrnum quidam Hip-
poselinum agreste cognominant. Ex eodem genere & ipsum cum apio est, & petroselino: fueritq. apio quidem validius, pe-
troselino autem imbecillius. Menses itaq. & urinas movet, calidum siccumq. tertio ordine. Cilices petroselinum nomi-
nant, quod in Amano monte nascitur. Est quidem & ipsum Smyrnum, minus verò petroselino & Smyrnio acre, proinde
& ulceribus imponi potest, quia videlicet sine molestia desiccatur, sed & digerere, quæ indurata sunt valet. Reliqua vis ejus
apio, & petroselino similis est. Quocirca & semine ejus utimur ad menses, urinas, & asthmata, sive anhelationes: haftenus
Gal. Caterum non desunt ex recentioribus, qui contendunt, plantam Imperatoriam vulgò vocatam legitimam esse Smyr-
nium, argumento quòd ejus radices exterius nigricent, interius verò vireant. Verum ii ex eo aperte decepti deprehendun-
tur, quòd non animadvertunt, an haec planta ceteris inter se notis conveniant. Sed posteaquàm de Imperatoria herba in-
cidit mentio, ob sui nominis majestatem, virumq. præstantiam, prætereundum sanè non duximus, quin hic ejus tum hi-
storiæ, tum facultates edisseramus. Præstantissima igitur IMPERATORIA in Ananienfibus montibus supra Tri-
dentum frequentissima nascitur, foliis sphondylis minoribus, solo accubantibus, robustis, hirsutis, ac asperis: caule bicubitæ-
li, purpurascens, rotundo, hirsutoq.: in cuius cacumine umbellæ floribus candidis ornatur: è quibus postea semen prodit se-
selis modo acutum, pariterq. odoratum. Radix inest ei non longa, mediocriter crassa, rugosa, dura, lignosaq., quæ foris ni-
gra est, intus verò subviridis. Ea gustu admodum acris deprehenditur, ac mordax, subamara & odorata. Ex quo non te-
merè aliquis conjicere potest. Imperatoriæ radicem excelsa tertio excessu completo, vel quarto inchoante: siccare ve-
rò secundo. Incidit, trahit, aperit, digerit, attenuat, provocat, resolvit, venena dissipat, Zedoariaq. facultatibus pollet.
Discutit hac mirificè tum ventriculi, tum intestinorum, tum etiam uteri flatu. Quapropter coli cruciatibus, ac
ventriculi torminibus maximè utilis est. Cit item menses, atque urinam. Foventur ejus decocto utiliter in dolore
dentes, praesertim si in vino austero radix decoquatur. Eadem ex vino pota uteri strangulationibus prodest: conceptum
adju-

III. IMPERATORIA.



* IV. IMPERATORIA Alpina. *



adjuvat, quem frigiditas intercept: concoctionem roborat, Commansa est veluti praestantissimus apoplegmatis, ut qua efficaciter cerebri pituitam expurget. In pulverem contrita, vinoq, ex salvia decocto subinde pota frigidis occurrat morbis. Quamobrem resolutis, comitialibus, veterneffis, convulsis, auxilio est. Ajunt nonnulli quartana eos sanari qui pulveris cochlearii dimidium, hora una ante accessionem, ex mere biberint. Oris halitum commendat, & omnes roborat sensus. Epidemias morbis, venenis ferè omnibus, ac venenosorum animalium, tum moribus, tum ictibus opem praestat. Asthmaticos, sen anhelosos juvat, obstructions aperit, aqua intercute laborantes sanat, itemq, liene affectos. In summa excelsa facit universas corporis partes, quas frigus occupant. Ut hinc palam fiat, herbam hanc non immerito sibi Imperatoria nomen a sevisse, cum tot tantisq, viribus praedita sit. *Σαλπιγρον* id Græci, quod Latini item Smyrnum, & Olusatrum, nominant: Mauritan, Semrion: Itali Smirnio & Macerone: Hispani Apio Macedonico, Gallu Maceron. At Imperatoria, Itali quoq, Germanis, Meisterwurz: Officinis Germanorum, Magistrantia. Gallis Otruche, seu Imperatore.

I. Hippofelinum vel Smyrnum vulgatum, C.B. Petroselinum Alexandrinum, Trag. Hippofelinum, Fuch. Dod. gal. & fol. Gef. hor. Lac. Cord. in hist. Lob. Tab. Smirnum. Matth. Gef. hor. Cast. Cam. Olusatrum, Cord. in Diosc. Gef. hor. Lon. Cæs. Hippofelinum Theophrasti, Macerone aut Alexandrinum vulgo, Anguillare. II. Smyrnum verum peregrinum, C. B. Smyrnum Creticum, Matth. Cast. Lugd. Cam. Smyrnum Dod. gal. Gef. ap. Lob. Tab. Smyrnum verum, Gef. hor. Lugd. Smyrnum Amani montis, Dod. fol. Olusatrum alterum genus peregrinum, Cæs. salpino. III. Imperatoria, quæ mediæ naturæ inter Laserpitium & Panaces est, dicitur Astrantia, Brunf. Gef. hor. Dod. fol. Magistrantia, Cam. Imperatoria, Matth. Lac. Gef. hor. Lob. Cast. Lugd. Tab. Smyrnum hortense, Trago. Laserpitium germanicum. Fuch. Ostrutium, Dod. gal. Lon. Struthion, Cord. in hist. Herba Rena, Cæs. salp. Ligusticum, Anguillare. IV. Imperatoriam hanc alpinam D. Camerario acceptam referimus, de qua hæc habet in suo Matthiolo. Minor est quàm præcedens omnibus suis partibus, nam & angustiora folia & pedicellos teneriores præfert, ex radice non absimili nostræ Imperatoriæ & æquali etiam, gustu aciori & magis urente. Provenit in alpi- bus apud Helvetios. Calida est & sicca, ut vulgaris Imperatoria, qua superior esse facultatibus omnibus videtur, & ad agendum promptior. Utuntur hac planta ad quartanas, partus eriuendos, & cerebrum expurgandum, flatu discutiendos, colicisq, dolores sedandos, id quod vulgaris nostra quoque præstare potest.

Ελαφοβόσκον. ELAPHOBOSCUM. CAP. LXVI.

Elaphobosco feniculaceus caulis est, aut rom- rino similis, geniculatus, foliis duum digitorum latitudine, ut terebinthi, prælongis, aliquantum asperis, circumfractis. Adnata multa habet, ferentia umbellæ anethi similes, & semina ejusdem: florem subluteum, radice ternum digitorum longitudinis, & crassitudinis unius, candida, dulci, esui apta. Caulis tener pro oleris manditur. Contra serpentium ictus datur semen in vino. Fama autem est, hoc pabulo cer- vas serpentium moribus resistere.

Quamquam aliqui profiteantur, se Elaphoboscum in Italia invenisse, atque etiam quibusdam in hortis ostendere: herba tamen, quam pro eo demonstrant, folia præfert incisura multis arvisa leviora. Adeo ut hinc perspicue intelligi possit, eam legitimo Elaphobosco plurimum dissidere. si Dioscoridi magis, quàm Plinio fides est adhibenda. Plinius siquidem libro, & cap. 22. Elaphoboscum foliis smyrni, & semine corymbaceo depinxit hujusmodi: Elaphoboscum feniculaceum est, genicu- latum, digiti crassitudine: semine corymbis dependentibus simili effigie, sed non amaris: foliis olusatrum, & hoc laudatum

Bbb 3

a Meura
m'xos de
a p' d' r' t'
i.e. collitu-
dine vera
seu lati-
tudine.

Elapho-
boscum
confid.

in cibis

Ruell i
opin. lu-
specta.

ELAPHOBOSCVM.

Gratia
Dei.Elapho-
bosci fa-
cul, ex
Gal.
Nominis

FOENICVLVM.

a Meum.
& Cat. &
Foeniculi
& foliis.Foenicu-
li confi-
deratio.

Foeniculum tam erraticum, quam sativum omnibus in Hetruria notum est. Seritur domesticum Februario mense vere ineunte, locis apricis, & modicè saxosis: quippe quoddam non minus in ciborum condimentis gustus acut a quadam dulcedine placeat, quam utile sit in medicamentis. Caulem edit anethi, sed crassiores, nec proceriores, striatum, geniculatum, què foliis numerosis, capillaceis, cavis alarum multum. Umbellis cacumina occupantibus, anethi emulis, melinis floribus & semine oblongo, gustu acuto, quadam cum leviuscula amaritudine, odorato. In quodam vero genere hortis

Italicis

in cibis: hac Plinius. In quibus verbis, quod ea plantæ à Dioscoride dissentiant, Manardus Ferrariensis Plinii codicem depravatum esse existimat. Ceterum Ruellius tradit Elaphoboscum legitimum paucis hodie cognosci, et si frequens ubiq; reperitur, illudq; esse censet, quod vulgò officinis simul & herbariis Gratia Dei nominatur, è qua sui nominis unguentum conficitur. Sed hanc Ruellii sententiam non admittendam, quin potius explorandam putaverim, si per Gratiam Dei eam plantam intelligit, de qua nos superius differimus in hyssopi commentatione, & qua Officina utuntur. Quippe quod hac caule, & foliis hyssopo sit per similes, non autem fanelulo, ac terebintho. Quamobrem aut aliam in Gallia plantam esse eodem nomine appellatam, aut Ruellium omnino deceptum existimaverim. Ipse equidem herbam quandam sapius vidi, tum in Tridentino, tum in Goritienfi agro, cuius etiam hic picturam damus, quæ ita notis omnibus Elaphobosco respondet, ut non poterit animus non inclinari ad credendum, hanc aut legitimum esse Elaphoboscum, aut plantam illi similem. Paucis admodum Elaphobosci facultates perscrinxit Galenus lib. 6 simplicium medicamentorum, sic inquit: Elaphobosco facultatis est calida & tenuium partium, ac proinde exiccatoria, secundo maxime excessuum ordine. Ejus nomen Græcum est ἑλαφοβόσκον, Latinum similiter Elaphoboscum, & cervi ocellum. Italicum Elaphobosco.

Elaphoboscum hoc, & Lacuna & Castor profluere: cuius & Tabernæmontanus nomine Elaphobosci Matthioli meminit: Pastinacam erraticam, quæ Baucia dicitur, esse suspicantur.

Μάραθρον. FOENICULUM. CAP. LXVII.

Foeniculum, si herba edatur, aut semen cum prillana bibatur, mammæ lacte replet. Comæ decoctum in renum doloribus subditum proficit, quippe quod urinam excitet: contra serpentium ictus in vino convenienter bibitur: menses ciet: in febribus nauseam, & stomachi fervorem ex aqua frigida potu sedat. Contritæ radices, & cum melle illitæ, moribus canum medentur. Succus caule, & foliis exprimitur, & in sole ficcatus, in medicamenta adjicitur, quæ ad excitandam oculorum aciem commodè temperantur. Extrahitur succus ad eadem valens, etiam semine viridi, a ramulisq; & radicibus prima germinatione incisus. In Iberia, quæ ad occidentem spectat, succum reddit gummi similem. Caulem medium, dum herba floret, rustici demerunt, igniq; admovent, quò facilius vi caloris exudans, gummi remittat: quod efficacius succo est, ad medicamenta oculorum.

Ἰππομάραθρον. FOENICULUM ERRATICUM. CAP. LXVIII.

Est & sylvestre fœniculum, magnum: fert autem semen cachryi simile. Cuius radix jucundè olet, potaque stranguriæ medetur: menses imposita ciet. Ventrem sistit, radice, aut semine poro: contra serpentium morsus auxiliatur, calculos cominuit, regium morbum expurgat. Lactis abundantiam facit, decoctum foliorum haustum fœminas à partu purgat. Traditur aliud hippomarathi genus, longo, exili, & angusto folio: semine coriandri, rotundo, acri, odorato. Excalfaciendi naturam habet, & viribus fœniculo respondet, sed ad omnia infirmius.

Italicis familiare, semen dulce percipitur, & crassiori quoque mole spectatur. Radice nititur longa, digitali crassitudine, Plinius.
acuto ac amarissimo sapore, cum dulcedine quadam. Fœniculi meminit Plin. lib. 20. cap. 23. sic inquit: Fœniculum no-
bilitate serpentes, gustatu senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo. Vnde intellectum est, hominum
quoque caliginem præcipue eo relevari. Colligitur hoc caule turgescere. In sole siccatur, inungiturque ex melle. Ubiq; hoc est:
laudatissimum tamen in Iberia è lachrymis fit, & ex semine recenti. Fit etiam è radicibus prima germinatione incisus. Est
& in hoc genere sylvestre, quod alii Hippomarathron, alii Myrsineum vocant, foliis majoribus, gustu acrioris, procerius, bra-
chiali crassitudine, radice candida: nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud Hippomarathri genus tradit, longo &
angusto folio, semine coriandri. Hæc Plinius, qui ea ferè omnia à Dioscoride mutuatus esse videtur. Porro alterum sylvestris Fœnic.
fœniculi genus, cujus semen coriandri effigiem refert, à nemine hætenus, quod sciam, in Italia cognoscitur & ostenditur. A- syl.
10 gressu fœniculi radicem serpentium morsus sanare scribit Dioscorides à Nicandro edoctus, quippe qui in Theriacis, ubi hanc
plantam in πικρὸν μαράθρον vocat, ita habet:

Ἦ ἐ καὶ ἰππάρθρον μαράθρον πικρὸν ἰσχυρὸν.

Fœniculum, ut memoria prodidit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, tam valenter excalfacit, ut ex tertio ordi-
ne excalfacientium censi possit. Desiccatur verò non aquè, sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit, proinde lac
procreat: quod si admodum desiccaret, non sanè generaret. Suffusus eadem ratione auxiliatur. Urinae mensesq; ciet. Est
& alterum Fœniculum sylvestre, quod præ magnitudine Hippomarathrum nuncupant, cujus radix ac semen amplius
quàm domestici, desiccandi vim obrinet, quocirca ventrem quoque, eo nomine sistere videtur. Nec sanè manifesta illi inest
adstrictio. Hujus non radix modò, sed & multò magis semen cachryi ad simile est: potestq; & calculos frangere, & aurigi-
nosos sanare, mensesq; movere, & urinam excitare: non tamen lac congerere, sicut illud superius. Aliud est Hippomara-
thrum, cujus semen rotundum est & acre, simile semini coriandri, facultate quidem Hippomarathro simile, sed debilius. Nomina.
20 Plantæ Græci μαράθρον, Latini Fœniculum appellatur: Arabibus Raenigi: Italis Finocchio: Germanis Fenchel: Hispanis
Hinoio & Funcho: Gallis Fenoil.

Fœniculum, quòd satum cum magno fœnore semen reddat, sativum est & sylvestre: Sativum variat
quòd aliud magis (caule brevioris, semine majore albedo, verumq; fœniculum creditur) aliud minus (ut
vulgatum nostrum, quibusdam Hippomarathrum) dulcescit: sæpius tamen hortense secundo anno in
sylvestre transit, quod in incultis montosis semine exiliori, radice crassiore nascitur. Sativum, Fœniculi
nomen apud Herbarios retinuit.

30

Δαῦκον.

DAUCUM.

CAP. LXIX.

DAUCUM aliqui Daucium vocant. Creticum foliis fœniculo simile; minoribus & tenuioribus: caule
dodranti, umbella coriandri, flore albo: semine acri, candido, hirsuto, a suavissimi odoris in man-
dendo. Radix digitali crassitudine, & dodrantis longitudine adolescit. In saxosis nascitur, & locis sole
illustratis. Aliud ejus genus, sylvestri apio simile, acre, odoratum, aroma olens, ferventis gustus. Proba-
tissimum Creticum. Tertium assignatur genus foliis coriandri, floribus albis, b capite & semine

a Meum
cū τῷ δαῦ-
κοντι
i. in man-
ducando,
odoratū.
ar Ca.
δρακὺς cū
τῷ δαῦ-
κοντι
i. acre in
mandu-
cando &
odoratū.
b Meum
ἀπὸ τῆς
πικρᾶς
ἀνέβη
i. semen.
de caput
anetho
simile, in
quo sit
umbella.

I. DAUCUM. I.

* II. DAUCUS SECUNDUS
Dioscoridis. *

Bbb 4

anethi,

anethi, muscario pastinacæ: semine ohlongo, ceu cumini, acri. Omnium semen excalfacit: potumuri-
nam, menses & partus extrahit: torminibus liberat: veterem tussim mitigat: phalangiorum moribus
porum in vino, auxiliatur: tumores illitu discutit. Seminis duntaxat in aliis generibus invaluit usus: in
Cretico etiam radicis, quæ maxime contra venenatorum injuriam in vino bibitur.

Dauci
confide-
ratio.

Daucus
& P. sti-
naca agre-
stis non
idem esse
o. l. odi-
tur.

III. DAUCVM. II.



Dauci
tria ge-
nera,

Dauci vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

praesertim in maritimis, frequentissimum nascitur. Creticum autem legitimum ex Creta tantum afferri existimaverim. Porro Daucus, qui coriandri foliis provenit, & semine cumino simili, in quam plurimis non tantum Italia locis sed etiam Germania Bohemiaq. reperitur. Hujus planta in herbario nostro Germanico chalcographorum negligentia, dum ego Praga, grassante Pestilentia abessem, secundum Peucedani genus representat: quod omnino prater meam sententiam ac-
cidit. Dauci vires tradidit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum supradictato, ubi ita scribit: Daucus, quem qui-
dam staphylinum nuncupant, agrestis quidem domestico minus est esui idoneus, ceterum in omnibus vehementior. At
domestico comestibilis quidem, sed imbecillior. Acrem & calefaciendi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuan-
di. Certè radix prater jam comprehensa flatuosum quiddam obtinet, ac venereum. Semen autem domestici quidem &
ipsum quandam ad venerem stimulandi potentiam possidet. Agrestis verò planè statu caret, quod & eo vocant: ac pro-
inde urinam mensesq. ciet. Atq. hactenus de facultatibus Dauci Galenus. Qui subinde de semine ejusdem scripsit, ei-
q. seorsum vires suas reddidit his verbis: Dauci herba semen excalfaciendi vehementer facultatem habet, ut inter prima effi-
cax sit tam urinæ movendæ medicamen, tum mensibus provocandis. Multum etiam digerere per halitum potest, foris im-
positum. Ipsa verò herba similem quidem vim obtinet, tamen semine infirmiore, nimirum ob aquæ humiditatis mistu-
ram: quanquam utiq. & ipsa calida sit temperie. *Δαύν* & ita Græci, ut etiam Daucus Latinis appellatur: Mauritanis *Da-*
cu, Gezar seu Ciezar: Itali Dauco: Germanis *Wervurz*: Hispanis Dauco Cretico: Galli Carote sauvages. Daucum
alterum Græci *Δαύνος* & *ερίγον*: Itali Dauco d' altra specie.

Dauci differentias novem in Phytopinace proposuimus, de quibus in historia. I. Daucus folio fœ-
niculi, C. B. Daucum primum, Matth. Lug. Daucus Creticus, Cast. Tab. Cæf. Daucus Cretensis verus Dio-
scoridis, Lob. II. Adversaria non solum ex Creta legitimum adferri statuunt, sed & alpes Germaniæ, Ge-
nuensium colles, & Genevensium circa Juram rupes, hoc Cretico abundare, unde Lugd. & ad alia empo-
ria deferatur, placuit tamen Dauci hujus, quem non solum in alpihus Helvetiorum, sed & in Baldo legi-
mus, figuram etiam à Camerario propositam, ad jicere, quem Daucum montanum umbella candida no-
minamus, & Daucum secundum Dioscoridis censemus: Daucus Creticus, Gef. hor. Cam. in suo Matt. Clus. 60
hist. Pan. Daucum montanum, Cæsalpino dicitur. III. Daucus montanus apii folio major, C. B. Daucum
alterum, Matth. Lugd. Daucus secundus Selinoides, Lob. Dauci tertium genus, Fuch. fol. Dauci secundum
genus, Trag. Sefeli secundum eundem. Sefeli Peloponesiacum, Fuch. in icon. Gef. hor. Cam. Sefeli Panno-
nicum secundum, Clus. hist. Pan. Libanotis alterum genus, Dod. gal. Lug. Libanotis nigra, Gef. hor. Thal.
Libanotis Theophrasti nigra, Tab. Elaphoboscum nigrum, Lon. an Polychreston Cordo in historia?

Δελφίνιον.

DELPHINIUM.

CAP. LXX.

Delphinium furculos emittit à radice una sesquipedales aut majores: à quibus folia exeunt parva, te-
nuia, divisa, prælonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant: unde tractum nomen est. Flos vio-
læ albæ

lae albæ non dissimilis, purpureus: & semen in siliquis, milio proximum: quo non aliud utilius bibi potest, ab scorpione percussis. Ajunt enim objecta herba scorpiones resolvi, atque ignavos torpescere: semota verò ea sese recolligere. Provenit in asperis & apricis. Alterum est Delphinium, quod Romaniani buccinum vocant, superiori simile, sed foliis & ramis longè gracilius. Viribuseisdem pollet, sed non ita efficacibus.

I. SENA.

* II. SENA ACUTIORIBUS
foliis seu Alexandrina. *

40 Quamquam scribit Ruellius, herbam in Gallia nasci, cui rura nullum adhuc nomen imposuerunt, quæ omnibus prorsus notis Delphinio respondet: in Italia tamen nemo hactenus, quod sciam, legitimum ostendit. Ex quo tantum abest ut putaverim unquam, illud Ruellii verum ac legitimum fuisse Delphinium, ut etiam si plerumque, suspitatum, hoc Delphinii caput in Dioscoride spurium ac ascititium esse. Nec temere, ut arbitror: nam suspicio inde ortum suum habuit, quod Delphinium nusquam, quantum equidem legerim, describitur à Galeno & Paulo. Caterum non desunt qui velint, eam plantam Delphinium esse, quam Germani vulgò vocant Nittersporn, id est, Equitis calcæ herbæ, verò vulgus Confolida regalem: quam nos inter sylvestris Cumini genera superius retulimus. Verum cum hæc folia non ferat Delphinium effigie, nec flores alba violæ amulos, horum sententiam cur probem, non habeo. Fuchsius et alii nostra medicis præstanti eruditione & rerum peritia, antedictorum opinionem sequitur in libro de componendorum medicamentorum ratione. Sed ipse quoque, si recte sentio, una cum illis in errore versatur: quandoquidem non solum (ut diximus) nusquam, quod ego invenerim, Delphinii meminerunt illi præstantissimi medicinae authores, quos nominavi, qui tamen simplicia ex Dioscoride transcribunt, & mutantur: sed neque, etiam ejus caput legitur in antiquissimo Dioscoridi codice Longobardi literis scripto, cuius sæpe fidem citat & probat Marcellus Virgilius, ut mihi licuit videre in eo, cuius copiam mihi fecit Vienna clariss. Juriscons. Joannes Albertus Uvidmanstadius Austria orientis adscriptam & illegitimam. Non de-
50 gumento esse potest, Delphinii historiam planè fabulosam esse vel saltem Dioscoridi adscriptam & illegitimam. Non de-
suere præterea, qui Senam Mauritani vocant, siliquarum convexitate freti, Delphinium esse crediderint. Quorum gra-
vis error ita evidens est, ut jam ab omnibus explodatur. Idque non injuria, quod in Delphinio (denique ejus caput legitimum
esse) folia, non siliqua quæ delphinorum formam repræsentent, requirantur: foliaque, sint tenuia, longa, divisa: flores verò
purpurei & tota denig, Delphinii facies ea depingatur, quæ cum Sena quàm maximè pugnet, ut mox patebit. Nam quo-
60 dicamentum, hunc locum non transeundum duximus, quin de Sena differamus, ejusque historiam, & vires cum ex altissimis
ex eo quod nobis compertum est, describamus. Constat itaque, Senam, Mauritani nomine dicta, foliis glycyrrhizæ proxi-
mis, crassis, suppinguibus, fabarum recentium sapore: caule cubitali, à quo ramuli exeunt in lori modum flexiles. Flores ei
emicant aurei, veluti brassicæ, purpurei intercurtantibus venulis: quibus succedunt folliculi falcati, adeoque, natura com-
pressi, ut superior membrana inferiori cohereat: in quibus semen continetur in nigro subvirescens, utrarum vinaceis usque
pediculo appensi: quos ita, ut maturescentes, parvo ventorum flatu facile disculantur. Planta est frigoris impatiens, ob idque
seri vult Majo, nec ultra autumnum perdurat. Siquidem (ut pluries expertus sum) prius sat a facile frigore deperditur se-
rius verò hyemem similiter non tolerat. Meminit Sena Serapio in suo de simplicium medicamentorum volumine, ubi sic
habet

Delphi-
nii consi-
deratio.

Confoli-
da re-
galis non
est Del-
phinium.

Senam
non esse
Delphi-
nium.

Sena de-
lineatio.

Serapio
de Sena,
habet

habet ex auctoritate Abohanisa. Sena asservatur sicca, siliqua lunatas, & oblongas proferit, in quibus semina inordinem digesta clauduntur. Siliqua tenui pediculo pendente, ob idq; facile ventorum impetu deturbantur: caducas opiliones colligunt: hac Serapio. Cuius postremis verbis fortasse deceptus Ruellius, Senam eam esse arborem existimavit, quam Theophrastus libro 3. cap. 17. de plantarum historia Coluteam appellat: quandoquidem hac antiquis pastoribus fuit saginandum ovibus experta. Unde facile Ruellius, qui nunquam forsitan in Hetruria fuerat, ubi passim legitima Sena feritur, praesertim in Florentino agro, magno errore putavit, Senam non herbam esse, sed arborem Coluteam vocatam, ratas easdem plantas esse. Sed ejus error hinc praeerea apertissime diluitur, quod Colutea siliqua proferat colore in purpuram primum vergentes, mox albicantes, statim turgentes, quae si premantur, crepitum magnum edunt: semine intus parvo, rotundo, lentis effigie. Sena vero siliquatur folliculus lunatis qui nullo spiritu tumido distenduntur, quibus semen includitur vinacearum instar. Adde etiam, quod Colutea arbor sit multis perdurans annis, Sena vero non nisi paucis mensibus vivat. Quo fit, ut jam omnibus palam sit, Ruellium hac in re manifeste cecidisse, & inter Senam, & Coluteam non parvam intercedere differentiam. Et quamvis asserat Fuchsius in suis de plantarum historia commentariis, has plantas facultate inter se minime differre: eum tamen in errore versari putaverim, quod certo sciam Colutea semen potum non minus, quam genista vomitiones cire: & alvum quoq; citat, non sine incommodis tamen, quamquam pecudibus nil tale efficiat. COLUTEA, ut de ea quoq; hic aliquid dicamus, Theophrasto auctore loco paulo ante citato, Lipara propriatraditur, arbor 20 magnitudine praestans, fructum in siliqua ferens, magnitudine lentis, quo oves mirum in modum pinguescunt. Nascentur semine, & simo praecipue ovillo. Tempus ferendi cum Arcturum occidit. Serendum semine praemadefacto, cum jam in aqua pullulare inceperit. Folium habet non absimile fano graco. Germinat primo unicaulis triennio maxime: spargitur deinde in ramos, quartoq; anno arborefcit: hac Theophrastus. Ex quibus sane verbis liquido apparet, quam maxime a Colutea differat Sena. Fuchsius & medicina, & Graeci sermonis peritissimus, plantam hanc non Colyteam, sed 30 Coluteam a suo se errore vindicans, appellandam censuit: & recte quidem, meo iudicio: nam Colytea longe alia est ab illa, Theophrasto teste loco modo citato: ubi eam ita depingit verbis: Arbor circa Idam proveniens, quam COLYTEAM vocant, genus aliud est. Est autem fruticosa, ramosa, alofa, inventa rara, non crebra: folio laurino, lauri latifolia, sed rotundiori, ampliori, ut vel ulmco simile appareat, oblongius tamen, colore parte altera herbido, tergo autem albedo, nervosoq;: cortice non lavi, sed quasi virgineo: radicibus per summa gracilibus, & solutis, verum vibratis, & admodum 40 flavis. Fructu floreque, carere putatur. Ex his Theophrasti verbis perspicuum est, Colyteam a Colutea plurimum differre.

III. COLUTEA.

Ruellii
halluci-
natio Co-
luteam
Senam
censentis

Colutea
ex The-
ophrasto
historia.

Colytea
Theoph.
a Colutea
differt.



Quae tamen etsi Theophrasti ayo Lipara peculiaris fuerit, hoc tamen tempore pluribus in locis sponte natam vidimus praesertimq; in Tridentino agro apud Ananias, ubi ego primum eam quam plurimus ostendi. Sed ut eo unde digressa est, jam nostra redeat oratio, credidit Mesues Sena folliculos in deicienda alvo foliis longe praestantiores esse. Huic vero recla-
Mat non solum Manardus Ferrariensis vir doctissimus, sed etiam diuturna medicorum experientia: etsi Brasavolus, qui
Mesuem tueri videtur, contrarium putet. Ceterum ne quis ex altercationibus confundatur, dicam ingenuè quid hac in re
sentio nec quicquam ab eo recedam, quod experimento pluries comprobavi. Sciendum igitur est, Sena folliculos, qui siccati
asservantur, diu esse generum: alterum per se caducum, & in planta arefactum, a quo semen eximunt, nigrum, & pro-
fus evanidum: alterum vero, quod ante maturitatem demittitur, crassum, ponderosum succo pregnans, & tegetibus expan-
sum in umbra siccat, sed hoc venundatur rarum: cui sane, ut jam millies periculum fecimus, non minor dejectoria vis in-
est, quam foliis. Primum vero genus, quo Veneti omnes fere officinae sciant, non modo minorem huiusmodi vim habet,
sed prope nullam: ut hinc plane colligere liceat, Mesuem hic non esse sine limitatione damnandum: quandoquidem is, ut
arbitror, de folliculis deceptis intelligat, non autem de caducis, quibus tantum utuntur ii, qui Mesui falso reclamant. In
quorum numero ego quoq; quandoq; fui, verum cum postea integrum Sena campum sevissem, ut folliculos decerptos viren-
tes, & succo pregnantes, mox siccatos experiret, rem aliter facto periculo se habere facile comperi. Quare nostro exemplo,
qui folliculis uti voluerint, Senam serant, ut folliculos optimos habeant, vel saltem probatissimos emant, sitamen ejusmo-
di reperiri poterunt: sin minus, foliis rutini, & efficacius utuntur. Obest Sena (ut idem Mesues inquit) nonnihil ventricu-
lo: quamobrem ut hac tollatur noxa, & ejus roboretur facultas, gingiber addendum praecipit: quoniam & ea quae cor, & ventri-
culum corroborant. Veruntamen non desunt, qui hanc reproben sententiam: quod degustatis Senae foliis, aliquid adstri-
ctionis, nonnihil siccitatis, atq; etiam tantulum amaritudinis perceiverint, quae omnia potius Senam roborare ventriculum
inducant, quam ipsum perturbare, ac imbecillum reddere. In quorum sententiam ego quoq; pedibus eo, nam etsi quibus-
dam praesertimq; mulieribus, quandoq; contingat, ut epoto Sena diluto eorum intestina torminibus vexentur, id nunquam
ex Sena facultate provenire existimavi, sed ex crassis, pituitosisq; excrementis, ab his pharmaco eo impulsis, quae sua crassi-
tie intestinorum meatus adeo replent, ut in eis non parvam extensionem faciant, dum viam ad exitum quaerunt. Neg, ta-
men me nunquam aliquem invenisse memini, qui diceret se epota Sena, ventriculi dolore laborasse. Proinde Actuarius, qui
solus quantum extat, inter Gracos Sena vires descripsit, Senam citra noxam bilem, & pituitam deicere memoria manda-
vit. Id quod non sine erubescencia silere coegit quendam Philippum de Set medicum, qui (ni fallor) ut suam potius tueretur
sententiam, quam veritatem, pharmacum quoddam improbaverat ex Sena diluto, rhabarbato, atq; agarico conflatum, quod
cuidam

Mesui &
Brasavoli
lapis.

Sena fol-
liculi vi-
rentes
purgant.

Sena di-
lucum
cur tor-
mina se-
quantur.

quidam Illustriss. Reverendiss. Cardinalis Tridentini nepoti in quadam quotidiana febre dederat clarissimus medicus Andreas Gallus Tridentinus. Is autem pharmacum illud damnum esse censebat, quoniam Sena dilutum, agaricumque excipiebat, argumento quod hac duo (ut ipse asserbat) maxime ventriculum laderent, immemor, ne dicam ignarus, quantum praestantia, ac virum agarico tribuerint in febribus diuturnis finiendo, aputa praesertim in sacculu exortu, Dioscorides, Galenus & Mesues, quantumque laudibus Senam extulerit Aetnarius. Caterum e Sena, ea magis praestat, quae Alexandriae, vel ex Syria affertur, quamvis e nostrate adhuc in agro virente, & rosarum diluto ego quotannis Syrupum paraverim, qui tuto largeque omnes purgat humores. Daturque commode praegnantibus, & pueris, & cuiuscunque, atque hominibus. Dilutum tamen magis praestat, quam decoctum quod nulla ex parte exhalet: cuius uncia quing, vel sex alvum modestissime, & sine molestia solvunt. Quod tuto dari possit praegnantibus, & pueris, experientia docuit, cui subscribitur Aetnarius, qui Senam citra noxam purgare tradidit. Redditur medicamentum hoc in decienda alve praestantius, atque valentius, si castia nigra aut manna, aut Rhabarbaro, aut rosarum diluto, aut rhodopharmaco, quod officina Syrupum rosarum solutivum vocant, commisceatur, aut si maceretur Sena caprino sero. Praestantissimum dilutum hoc modo paratur. Sumuntur foliorum electissima Sena drachma sex, gingiberis aut cinnamomi contriti drachma una, florum buglosi drachma dua: miscenturque omnia, & fittili vitro circumlito, sive stanneo vase angustiori excipiuntur, & affusis ferventis aquae, aut feri caprini uncis decem, vasis osculum adeo occluditur, ut nullus penitus spirandi pateat exitus. His peractis pulvinari plumis anserinis facto, ignique calefacto vas involvitur, reponiturque in arca, ubi pernoctare sinitur. Sic enim conservato calore dilutum omnem facultatem in se recipit. Sunt praeterea, qui vindemia tempore Senae folia in mustum conjiciant, vinum inde conficientes, quod alvi dejectionem vim obtinet ad multa utile. Est enim domesticum valde medicamentum. Educit Sena per inferna (ut Mesues testatur) bilem tum atram, tum flavam, & (ut Aetnarius ait) non bilem tantum, sed etiam pituitam: quod sane experientia comprobatur. Mundat Sena cerebrum, cor, jecur, lienem, pulmonem & omnes corporis sensus, confertque omnibus eorum incommodis. Viscerum obstructiones aperit, auget juventutem, seniumque, retardat, & animi hilaritatem affert. Folia in capiti perusionibus utiliter decoquuntur, praesertim addita anthemide. Roborat enim hoc modo cerebrum, nervo, soculorum aciem, & auditoriam facultatem. Optima demum in universum est medicina morbis omnibus diuturnis & melancholicis. Quamobrem Serapio, Sena, inquit, mirifice prodest delirio, amentia, scissuris totius corporis, resolutioni nervorum, phibitiasi, cephalalgia, scabiei, pustulis, pruritus & epilepsia. Cor etiam roborat, si tamen is potissimum commisceatur medicamentis, quae ipsum maxime confirmant, veluti viola.

Planta, quae Graecis *Δελφίνιον*, Latinis quoque *Delphinium* appellatur: Italis *Delphinio*. Quae vero posterioribus Graecis *Νομίνη*, Latinis item Sena vocatur: Arabibus *Sene*: Italis *Sena*: Germanis *Senet*: Hispanis *Sen de Alexandria*: Gallis *Sene de Levant*. At *Collutea* Graecis *Κολυτεια*: Italis *Collutea*.

* IV. COLUTEA SILI- quosa. *



Cum Delphinio magnam esse similitudinem Confolidae regali, capite de Cumino ostensum, nunc de Sena, quae veteribus Graecis indicta videtur, cuius inventio Arabibus debetur, quam Mesues sativam & sylvestrem fecit. Duplex habetur: altera, acutioribus angustioribusque foliis, quae ex Alexandria Aegypti affertur: altera, quae latioribus rotundioribusque est foliis, in Italia frequens, quae vilior est & Orientali longe inefficacior. I. Sena rotundifolia, C.B. Sena, Matth. Lac. Dod. quoad iconem, Fuch. Cord. in hist. Lon. Lob. Cast. Sena communis & vilior, Gef. hor. Sena herba nostras, Caealp. Sena Italica, Cam. Tab. II. Sena acutioribus foliis, C.B. Sena Alexandrina, Trag. Gef. hor. Cam. Sena Orientalis, Caealp. Cam. Sena, Dod. quoad descriptionem. III. Colutea Corniculata, C.B. Colutea Theophrasti, Trag. Dod. gal. (cui & Cyrtus Latinorum Gef. hor. Lob. Colutea, Matth. Fuch. Lac. Lon. Dod. fol. Cast. Tab. Colutea vesicaria, Lug. (cui & Liparea Theophrasti) Cam. Emeri alterum genus, Caealp. IV. Coluteae siliquosae, licet quatuor sint species, de vulgatiore hoc loco. Frutex hic ex radice buxæ longe lateque dispersa, saporis amarodulcis, caules plures bicubitales, cortice modo subalbido, modo viridi rectos, graciles, lignosos, in plures ramos divisos emittit, circa quos folia in uno pediculo septem aut novem conjugatim disposita, virentia, laevia, subrotunda, gustus ingrati & amari: flores lutei Genistae figura, longis pediculis propendentes, quibus succedunt siliquae oblongae, tenues, articulatae scorpioidi similes, semina oblonga, rufa, singula in singulis articulis continentes. In montibus nostris ut Muteto observavimus: apud Gallos locis nemorosis inter buxos, sic & in Valena sylva agri Monspeliensis & cis Lanum prope fluminum crepitudines. Dicitur Colutea scorpioides, Adver. Lob. Cam. in Matthiolum Lugd. Colutea scorpioides prima, Clus. hist. Pan. Tab. Emerus Caealpino.

Πύρεθρον.

PYRETHRUM.

CAP. LXXI.

Pyrethrum Romani salivarem vocant. Folia, caulemque emittit, ut duarum sylvestre, & foeniculum: umbellamque Anethi, circinatae rotunditatis, radix longa est, pollicis crassitudine, gustuque fervidissimo. Pituitam elicit: ideo in dolore dentium, decocta in aceto colluto inde ore, auxiliatur: mansa pituitam extrahit.